



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 25. S. Theodosius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Fulonis: *Crucifixus pro nobis*; S. Sabas ^{Sæculum V.}
 jussit, ut illud Græcis verbis secundum ^{A.C. 491.}
 antiquam Ecclesiæ Traditionem sine Addi-
 tione cantarent. ^{p. 165.}

Exinde duobus annis elapsis S. Sabas ^{n. 27.}
 Monasterium una Leuca a Laura distans
 extruxit in loco, quod *Castel* dicebatur,
 ferebaturque Dæmonum occursum infesta-
 ri. Illic S. Sabas eos manere jubebat,
 qui in Disciplina Monastica cæteris ma-
 gis profecerant. Novitiis alendis par-
 vum ædificium habebat, jubebatque, esse
 sub cura virorum, qui propriis affectibus
 domitis alios regere valebant, donec
 Psalterium didicissent, & Disciplinae Re-
 gulari adsuevissent. Verum in dispersis
 Lauræ Cellulis manere nemini nisi pro-
 batissimis concedebat. Juvenes in Lau-
 ram suam non suscipiebat, sed eos ad
 Abbatem Theodosium mittebat, qui Mo-
 nasterium sesqui Leuca a Laura ædifica-
 verat, & quocum ei arctissima necessitu-
 do intercedebat. ^{n. 28.}

§. XXV.

S. Theodosius.

Theodosius quoque in Cappadocia na-
 tus erat. Cum juvenis Lector fuis-
 set ordinatus, sacrorum librorum præle-
 ctione permotus, statuit relicta Tellure
 patria in Palæstinam proficisci, illo tem-
 pore quo Concilium Calcedonense cele-
 braba-

Vita S. Th.
ap. Boll. II.
Janu. c. I.

Sæculum V. brabatur. Per Syriam transiens ad S. Si-
 A.C. 491. meonem Stylitem invisit, qui ad se in Co-
 lumna vocato prædixit, magni Gregis Pa-
 storem futurum. Sacris locis perlustra-
 tis cujusdam Solitarii inclusi Disciplinæ
 instaurandum se tradidit; præterea Lu-
 cam, & Marinum S. Euthymii Discipulos
 docentes auscultabat. Timens deinde
 ne aliis præesse cogeretur in antro dua-
 bus Leucis Jerosolyma dissito se abdidit,
 ubi annos triginta fructibus arborum,
 aut leguminibus reffectus, panem non
 comedit. Initio sex septemve Discipu-
 los habebat, cum vero eorum crevisset
 numerus, nec illa specu contineri possent,
 haud procul magnum extruxit Monaste-
 rium, ubi omnes artes vitæ humanæ ne-
 cessariæ excolebantur, ita ut Cœnobium
 istud a Civitate non abhorreret. Hæc
 domus erat miserorum omnium refu-
 gium. Hospites perhumaniter foveban-
 tur, pauperes eleemosinis levabantur, æ-
 grotantes juvabantur. Quatuor vise-
 bantur Nosodochia; duo Monachis de-
 stinata, scilicet ægrotantibus, aut labore,
 & Senio fractis, duo alia Sæcularibus,
 ut diversorum ferebat fortuna, ita ut illi
 ab animæ sortis hominibus separarentur,
 quorum conditio erat spectabilior. Rur-
 sus quatuor aderant Ecclesiæ; una illis,
 qui cum S. Theodosio Græce loqueban-
 tur, altera Bessis, Thraciæ Populo, Ter-
 tia

v. Boll. pro-
 leg. S. 4. c. 3.

e. 9.

tia Armenis, ut quæque Natio Officium Sæculum V.
 patrio idiomate peragere posset, quarta A. C. 491.
 non nullis Monachis, quibus, cum teme-
 re vitam Anachoreticam fuissent ample-
 xi, mens fuerat remota, & deinde furo-
 re ascetico remittente reddita. Quæli-
 bet ergo Natio suo sermone lectiones
 audiebat, excepto sancto Sacrificio; (*)
 quippe Evangelio recitato omnes in Ec-
 clesia magna, quæ erat Græcorum, con-
 veniebant, & simul Communionem ac-
 cipiebant. Ex hoc Monasterio multi
 Abbates, & Episcopi enati sunt. S. Theo-
 dosius quamvis Auctores profanos nun-
 quam legisset, nihilominus eloquentia
 pollebat, & apte ad persuadendum dice-
 bat. Semper manibus tractabat libros
 Asceticos S. Basilii, quem etiam unice le-
 quendum sibi proposuerat. Talis erat
 vita istorum Sanctorum Monachorum in
 Palæstina, cum Anastasius Imperator re-
 gnare cœpisset.

c. 10.

§. XXVI.

Felicis Papæ obitus. Gelasius Papa.

Felix Papa Anastasio Imperatori Regnum
 auspicienti datis litteris gratulatus, *Gel. com. ad
 Faust. to. 4.*
 haud diu postea ad Cœlestia abiit, sci-
 licet quinto Kal. Martii, Anastasio, & Rufe
Conc. p. 1168

E 5 Con-

(*) Hic Protestans vocem, *Sacrificio*, iterum
 suppressit.